



**I**oannes Mansfeldiæ in Saxonia natus & educa-  
 tus est anno 1523. Is prima artium & linguarū fun-  
 damenta in patria iecit, atq; reliquos cōmilitones  
 diligentia facile superauit. Itaq; factum ut sua indu-  
 stria magnam eruditioñem nactus fuerit. Accede-  
 bat & erga Deum pietas, atq; morum innocentia.  
 Vnde cum Nicolaus Gallus Magdenburgēsis pa-  
 stor ad S. Huldricum Ratisbonam 1553 reuocareſ,  
 Ioannes ei substitutus fuit. Interea Saxoniæ iunio-  
 res principes, Ioannis Friderici Electoris filij, Ihe-  
 næ publicam scholam erexere. In eam Ioannes uo-  
 catus, atq; publicus professor cōstitutus est. Cum  
 aut̄ contentio quādam in religione cum alijs qui-  
 busdam exorta eſſet, diſcessit, & Vismarie, Megapolensis ditionis urbe, Eccle-  
 ſiarum Superintendens electus fuit. Haec quidem officia hinc inde is magna  
 dexteritate peregit, atq; ſibi præclarum nomen comparauit. Ut etiam Eccle-  
 ſiæ & posteritati plurimū prodeſſet, cum Mathia Illyrico & Nicolao Gallo  
 uiris doctissimis egregium opus conſcribere cœpit, quod Ecclesiastica Histo-  
 ria Magdenburgenſium nuncupatum, & in certas centurias diſtributum e-  
 rat. Antequam uero illud abſolutum eſſet, & centuria octaua tantum  
 eſſet edita, anno ſalutis 1564 obiit, & honorifice ſepultus fuit.

Anonym.